



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 46. Nulla ne continget damnatis poenarum mitigatio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORVM COMMVNIVM  
hendet, per ignem conflagrationis &  
sanctorum orationes purgabuntur.

Orationes etiam nostras angeli,  
Deo qui omnia prænouit, offerre di-  
cuntur, quando quid agendū sit, per-  
cipiunt: quas quoque sancti cognos-  
cunt, quantum ad eorū pertinet gau-  
dium, & nostrum auxilium.

Caput 46.

Nulla'ne continget damnatis pœ-  
narum mitigatio?

Iacob 2.  
Psal. 7.

**N**on obstantibus quibusdam  
autoritatibus, si rectè intelli-  
gantur, dicendum est, quod  
circa damnatos est aliqua Dei mise-  
ricordia in eorum punitione, non ta-  
men sic vt à peccatis vel damnatione  
idcirco absoluantur.

Psal. 100.

Cum autem misericordia Dei &  
iustitia sint idem, tamen propter di-  
uersam de Deo nostram conceptio-  
nem seu effectū Dei, aliqua ipsius ope-  
ra misericordiæ, aliqua verò iustitiæ  
attribuuntur. Qui & nunc occultè iu-  
dicans s. purgando, cōuertendo, vel  
exæcando, tandem manifestè iudica-  
bit. Cuius quoq; iudicia, circa res om-  
nes dispositio quandoq; vocatur.

Rom. 11.  
Psal. 15.

Psal. 24.

Quod etiam psalmista dicit, vni-  
uersas

uersas  
esse &  
plex a  
respici  
tiam. V  
mus &  
Qu  
& iusti  
tur op  
dem se  
secund  
autem  
signū,

Qu  
A  
cū in  
Cu  
cundu  
Quod  
quas i  
Er  
tuor. I  
ribun  
perib  
infide

LIBER IIII.

uersas vias Domini misericordiam esse & veritatem, intelligi potest duplex aduentus ipsius: quorum vnus respicit misericordiam, alter iustitiam. Vel quia eius dono bona facimus & mala declinamus.

Quæ etiã, misericordia videlicet & iustitia, in omnibus Dei reperiuntur operibus: secundum aliquos quidem secundum essentiam, non autem secundum effectum: secundum alios autem, etiam secundum effectum vel signũ, & hoc vel occultè vel apertè.

Caput 47.

Quomodo proferetur extremi iudicij sententia?

**A**N vocaliter, an mētāliter tantum iudicij extremi sententia i. Cor. 15. proferenda sit, non est perspicue in scripturis explicatum.

Cum Christo tamen perfecti secundum scripturas, certò iudicabũt. Quod quidem per sedes duodecim, quas ipse dicit, significatur.

Erunt autē in iudicio ordines quatuor. Nam quidã iudicabuntur, & peribunt, vt impñ Christiani: alij verò peribunt, sed non iudicabuntur, vt infideles: alij autem iudicabuntur & salua-

Matt. 25.

1. Cor. 15.

Ioan. 1.

Iacob. 2.

Matt. 13.

Psal. 47.

salua-